

tur, non ut donet, & perdat. Simoncell. de *decret.* lib. 3, tit. 8, *inspect.* 16, num. 117, Joan. Baron. de *effect. minor.* *stat.* 3, n. 109, & comprobatur Author hic num. 22, & 23. Unde in hoc lapsus est Merlin. de *pignor.* & *hypoth.* lib. 2, tit. 1, qu. 48, num. 43, dum dixit favore minoris pecuniam pro immobili reputandam, & adducit Pacific. de *Salvian.* *inspect.* 3, cap. 5, qui tamen ibi num. 116, connumerat pecuniam inter ea, quae servando servari possunt.

Inter ceteras autem limitationes ad praecedentem regulam præcipua est, ut non procedat in pecunia + ad emptionem prædiorum definita, aut in Banchis deposita, de qua sine decreto disponi neguit. Pacific. de *Salvian.* *inspect.* 3, cap. 5, num. 317, Ciarlin. *controv.* 161, num. 107, & seqq. *Spad. cons.* 123, n. 10, & 11, lib. 2, ubi idem in pecunia magna quantitatibus, Merlin. de *pignor.* & *hypothec.* lib. 2, tit. 1, qu. 48, num. 32, Thomas de *tut.* & *curat.* tit. 19, n. 3033, fol. 782, alios cumulat Franc. Baron. de *effect. minor.* *stat.* 3, n. 135, Merlin. *decif.* 792, num. 21, & 22. Non per hoc tamen pecunia vere dicitur quid immobile, Fenzion. *ad statut. urb.* cap. 133, num. 10, & post alios dixi *allegat.* 97, num. 6, lib. 3.

Quoad molendina minorum res distinctione componitur, aut enim solo fixa existunt, & absque solemnitatibus + alienari nequeunt ex cumulatis per Franc. Baron. de *effect. minor.* *stat.* 3, num. 263, aut ad instar nayis in flumine seu aqua fluctuant, & neglectis solemnitatibus distrahantur, ut post alios subjungit Franc. Baron. de *effect. minor.* *stat.* 3, n. 271, ubi errore impressoris allegatur Gratian. *discept.* 364, Auctor hic n. 25, ubi pariter male allegatur Gratian. *discept.* 541, cum allegari debuisse *discept.* 564.

Pecuniam contineri sub legato mobilium nisi hæredes probaverint defuncti + contraria voluntatem respondit I. C. in l. *prædia* 27, §. *liberto*, ff. *fund. instruct.* Rot. in *Firmiana pensionis* 19, Junii 1644, coram Celso, & in *Cutachen.* legati 7, Junii 1652, coram Cerro.

CAPUT LXIV.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesiæ bona abduc non incorporata sine solemnitatibus alienari possunt; Amplia ut num. 3. Sed restringit ut num. 4. Tempora ut num. 5. & num. 16.
- 2 Transactio inita super re Ecclesiastica in controversiam deducta absole solemnitatibus quando valeat. Inter duas Ecclesiæ solemnitates requirit num. 6.
- 3 Alienationi rei Ecclesiastica ob nullitatem competit recuperatio cum fructibus.
- 4 Reclor Ecclesiæ qui alienationem fecit sine solemnitatibus rem Ecclesiæ recuperare potest.
- 5 Contractus favore Ecclesiæ claudicatur.
- 6 Solemnitates in acquisitione factæ per Ecclesiæ non requiruntur.
- 7 Contrahens cum Ecclesiæ nullitatem contractus allegare non potest.
- 8 Beneplacitum in alienatione rei Ecclesiæ non requiritur pro solemnitate, sed pro substantia. Ex lapsu triginta annorum alias præsumebatur juncta obseruantia num. 14. Sed hodie ex constitutione Pontificia dicta præsumptio cessat num. 15.

13 Census super fundo Ecclesiæ nulliter constitutus si declaretur nullus, an exacti census sint restituendi.

Bona Ecclesiæ nondum incorporata, seu unita mensæ sine solemnitatibus + regulariter alienari possunt, Lap. *allegat.* 25, Spad. *consil.* 21, n. 49, lib. 1, Tondut. *resolut.* *benefic.* c. 137, num. 1, part. 3, post Franc. *decif.* 14, num. 16, infinitos cumulati *allegat.* 14, n. 4, & *allegat.* 70, n. 30, & *allegat.* 119, n. 32, lib. 3. Ea propter transactio per Ecclesiæ absque solemnitatibus + inita super re in controversiam deducta, & relata penes possessorem sustinetur dixi post alios *allegat.* 14, n. 13, & 14, & *allegat.* 70, n. 30, & dicta *allegat.* 119, n. 33, lib. 3. Nec quod contrarium contendat Rot. ut testatur Ferentill. ad Buratt. *decif.* 690, in fine, Tondut. *resolut.* *benefic.* 137, n. 9, part. 3, Vivian. in *prax.* *Juris patr.* lib. 2, cap. 5, num. 129, Mangil. de *evict.* qu. 142, n. 28, & seq. Sanfelic. *decif.* 280, num. 3, 4, & per totum, Ciarlin. *controv.* 8, num. 65, post Gratian. *discept.* Forens. 846, num. 11, & seqq. quicquam facit; omisso enim quod Tondut. *resolut.* *benefic.* 119, n. 4, part. 2, nobiscum concurredit, cæteri autem Doctores præsupponunt transactionem fieri super re Ecclesiæ, de quo tamen valde dubitabatur, dum præcipue res penes adversarium reperirentur: quare cum pro ratione adducant id, quod est in questione, nimis mirum an jus aliquod Ecclesiæ competit in proprietate in transactionem deducta, tanquam principium petentes attendi non debent, Fontanell. *decif.* 305, n. 5, dixi *allegat.* 18, n. 76, fol. 331, lib. 1, ultra quod Mangil. de *evict.* qu. 143, a n. 17, ad 22, Mordicus nostram opinionem defendit Gratian. *discept.* 846, n. 11, & seqq. & Ciarlin. *d. controv.* 8, num. 65, præcise loquuntur in eo, qui ante transactionem & causam erat dominus, & dominum per transactionem transtulit. Ideo priorem sententiam exornat Franc. Baron. de *effect. min.* *stat.* 9, num. 21, Menoch. de *arbitr. cas.* 171, num. 76, Joseph. *decif.* Perus. 35, num. 7, & pluribus comprobatur Fulgin. de *jur. emphat.* tit. de alienat. q. 1, sub num. 278, vers. Secundus *catus ibi*; videmus enim in Ecclesiæ. Rationem assignant, quia tali in casu transfigere non est alienare, Franc. Baron. de *effect. minor.* *stat.* 9, num. 21, Fulg. de *emphat.* tit. de alienat. qu. 1, sub num. 278, vers. Secundus *catus*: ubi quod tunc transactio non sit alienatio. Mangil. de *evict.* qu. 143, sub n. 17, vers. Quia non dicitur alienare. Dian. part. 4, *tract.* 4, *resolut.* 223, vers. nota tertio. Nicol. in *Lucubrat.* lib. 2, tit. 1, num. 26, *limitat.* 4, & 5, fol. 114, tom. 1, & lib. 1, tit. 36, sub num. 3, §. 4, vers. Pores tamet tom. 2, fol. 77. Ulterius quia per dimissione proprietas vigore transactio apud possidentem dominium aliquod non transfertur, Surd. *consil.* 418, n. 18, & sequentibus, Gomez. variar. *resolut.* tom. 2, cap. 2, sub num. 38, vers. Ratio vera, & subtilis est. Peregr. de *fideicommiss.* art. 40, sub num. 124, vers. Quia dimisso non operatur translationem dominii. Tiraquell. de *retract.* lignager. §. 1, *gloss.* 14, num. 62, in fine, Menoch. *consil.* 381, num. 2, Decian. *consil.* 54, sub num. 48, vers. An in transactione lib. 2, Dian. *resolut.* 223, vers. Nota tertio, part. 4, *tract.* 4, fol. 673, cum adductis per Franc. Baron. de *effect. minor.* *stat.* 9, num. 40, fol. 260, Faber. de *error.* pragmat. decad. 100, *error.* 10, vers. Quod autem in eadem sequitur fol. 972, Med. Larr. *allegat.* fiscal. 26, n. 41, Gratian. *discept.* 476, num. 14, quantumvis ipse num. 16, & seq. contrarium

Observationum de Alimentis Cap. LXIV.

rium innuere contendat contra rationem ab eo adductam & veriore sententiam. Hodie. *controv.* 37, n. 26, ibi, quia is qui transfigit non id agit, ut a transfigente dominum acquirat, sed ut mediante pecunia suam redimat vexationem.

Bona Ecclesiæ alienari non posse sine solemnitatibus, etiam ex alienatione + evidens Ecclesiæ resultaret utilitas, proponit Autor hic n. 1, & 2, ubi concordantes recenset cujus opinio præsupposita ejusdem Ecclesiæ clara, evidenti, & duratura utilitate non videtur subsistere, quia alias ejus favore induit in odium retrorqueretur. Ideoque alienationem rei Ecclesiæ in evidentem + ipsius utilitatem initam sustineri comprobant cumulati per Altograd. *consil.* 26, n. 42, lib. 1, Barbos. de *univers. Jur. Eccles.* lib. 3, cap. 30, n. 13, & 14, ea ratione quia alienatio prohibita in hac specie utilitatis manifestæ non ceaserunt, sed potius ex mente prohibentis permitta, Caren. *resolut.* 70, n. 9, ubi quod si alienatio fiat ex causa, necessaria sufficiat, si adsit utilitas de tempore alienationis, si vero alienatio fiat ex causa non necessaria, utilitas debet etiam toto tempore successivo adesse cum adductis per Dian. part. 1, *tract.* 8, *resolut.* 77, vers. *Secunda opinio.* Merlin. *decif.* 701, n. 74, & seq. & *decif.* 710, n. 8, & seq. *dixi allegat.* 40, n. 8, lib. 2, & omnem in præmisso dubitandi ansam removent notata per nos c. 63, §. *verum prædicta.* Georg. Mund. *consil.* 1, n. 51. & à n. 61, lib. 1, Genuens. in *prat. tricen.* 5, q. 136, ubi rationem reddit, quia solemnitas adhibetur ut liqueat de utilitate, de qua supponitur evidenter apparere. Jo. Carol. Antonell. *de tempor. legal.* lib. 2, cap. 72, sub n. 23, vers. An vero res Ecclesiæ, Sperell. *decif.* 154, num. 84, 85, & 86, Rot. *decif.* 114, num. 36, & seq. part. 9, tom. 1, recent. Ciarlin. *controv.* 105, num. 48.

5 Non negamus tamen quin contraria opinio + tutior præexistat, Tondut. *resolut.* *benefic.* 137, n. 5, part. 3, Ciarlin. *controv.* 8, n. 9, & *controv.* 105, n. 21, 24, & per totum, & plures cumulati *controv.* 183, n. 17, seqq. ac per totum, & etiam præcitat Doctores admittunt, etiam inter duas Ecclesiæ alienare, + aut transfigere contingat; adhuc enim solemnitates requiruntur. Gratian. *discept.* 517, n. 9, Sperell. *decif.* 154, n. 22, Merlin. *decif.* 826, & *decif.* 849, Rot. *decif.* 277, n. 9, & seq. part. 4, tom. 2, & *decif.* 561, n. 7, part. 5, tom. 2, recent. Seraph. *decif.* 196, n. 2, & coram Eminentissimo Ottob. *decif.* 220, n. 16, repetita apud Tondut. de *Pens.* *decif.* 1, & in Marciuen. *Jurisdictionis* 18, Februario 1647, §. nam & 11, Decembri ejusdem anni Bichio, & in Cracoviæ decimaram 27, Martii 1651, §. neque subsistit Veropio, & in Comen. *funerarium* 16, Marii 1654, §. quia, & seq. Cerro, & in Toletana manutentio 7, Februario 1656, §. non obstat, vers. Quod procedit, Meltio, & in Leodium. dominiorum 25, Iunii 1649, §. quoniam alienatio, §. que conclusio Eminentissimo Corrado, & post tract. Post de manuten. *decif.* 518, n. 6, & 7, Ciarlin. *controv.* 18, n. 29, Rot. apud Ceric. de *cens.* *decif.* 477, num. 3.

7 Ob nullitatem alienationis rei Ecclesiastica ex defectu solemnium competit recuperatio + rei alienata simul cum fructibus a die alienationis nulliter factæ perceptis, ut admetton Auctor hic n. 5, Surd. *consil.* 115, n. 31, & seq. *decif.* 45, n. 10, Mar. Antonin. *resolut.* 5, sub n. 8, vers. Et rem alienatam lib. 1, cum adductis per Ciarlin. *controv.* 105, n. 71, & *controv.* 183, n. 98; Rot. *decif.* 375, n. 1, part. 5, recent. Et alienationem rei Ecclesiæ ipfmet Reator qui illam fecit + impugnare potest, & rem alienatam recuperare, Ludovis. *decif.* 116, n. 1, cum ibi notatis per Beltrum n. 4, & 5, Rot. *decif.* 226,

n. 13, & 14, & per totam, & *decif.* 291, n. 5, & seq. part. 6, & *decif.* 155, n. 1, part. 8, recent. Merlin. *decif.* 122, n. 5, & *decif.* 490, n. 11, & *decif.* 593, n. 3, Thomas. *decif.* Macerat. 41, num. 41, late post alios Post de manuten. *obseruat.* 57, n. 102, Ciarlin. *controv.* 8, n. 13, & dicta *controv.* 105, n. 27, 28, & 35, & dicta *obser.* 183, n. 23, & comprobatur Auctor hic n. 6, & 7, ubi subjungit, quod Ecclesia volente, & de nullitate + non dicente sustineatur contractus, aut alienatio sine debita Juris solemnitate inita, quam conclusionem præter hic congestos sequuntur adducti per Ciarlin. *controv.* 18, n. 36, & *controv.* 39, n. 46, Merlin. *decif.* 255, n. 6, & 7, & *decif.* 764, n. 11, Rot. *decif.* 318, n. 39, part. 5, & *decif.* 82, n. 11, part. 6, & *decif.* 39, n. 56, & *decif.* 107, num. 13, & 14, part. 8, recent.

In acquisitionibus vero factis per Ecclesiæ solemnitates + non requiri censuit Rot. post Post de *subhaft.* *decif.* 158, n. 18, & *decif.* 163, n. 10, & *decif.* 168, n. 3, & *decif.* 172, n. 1, & seq. ubi n. 12, & 13, quod licet obligatio contracta per Ecclesiæ ejus bonorum generalis erga venditorem non indiget solemnitate, ad subhaftationem tamen deveneri nequeat, nisi obtento prius beneplacito Sedis Apostolicæ, quæ decisiones repetitæ habentur apud Royas *decif.* 161, *decif.* 205, *decif.* 230, & *decif.* 261, Arias de Mes, *resolut.* 24, n. 22, lib. 3. Quo retento thematicæ claudicationis contractus, ita ut sine solemnitatibus implicitum validitatis statum habeat, & volente Ecclesia sustineatur, contrahens + vero cum ipsa nullitatem allegare non valeat ex cumulatis per Rotam coram Merlin. *decif.* 264, n. 11, inde propterea fit, quod solemnitates, seu beneplacitum pro forma non requiratur, quemadmodum sustinere contendit Rota coram Merlin. dicta *decif.* 764, n. 12, & *decif.* 775, n. 19, & 20, ubi assignando discrimen inter contractum cum minore sine solemnitatibus gestum propter evidentissimam utilitatem adhuc, & contractum insolemnem cum Ecclesia utiliter gestum adhuc insubstantem, adducit quod in contractu minoris decretum Judicis requiratur pro solemnitate. Beneplacitum + vero in contractu Ecclesiæ desideretur pro forma, seu consensu domini. Ex quibus alterum de duabus sequeretur, vel quod ex substantialis formæ defetu etiam contrahens cum Ecclesia nullitatem contractus allegare posset, quia forma non servata actus in totum corrunt ad latissimè tradita post alios per Altograd. *consil.* 64, num. 10, 11, 39, & seq. lib. 2, Georg. Mund. *consil.* 11, n. 11, & 12, lib. 1, & *consil.* 23, n. 41, & seq. & *consil.* 25, n. 9, & 10, lib. 2, Tondut. *resolut.* civil. 82, n. 9, part. 1, Cenc. de *cens.* qu. 49, n. 15, & seq. Leoncill. de Ferrar. 18, n. 12, Thomas. *decif.* Macerat. 94, num. 20, & seq. Hodier. *controv.* 26, n. 2, & seq. Cyriac. *controv.* 62, n. 46, & seq. & *controv.* 278, n. 11, Merlin. *decif.* 746, n. 2, Rub. ad Rot. *decif.* 542, à n. 58, usque ad 70, part. 4, tom. 3, & *decif.* 81, n. 46, & 47, part. 8, & *decif.* 331, n. 7, & 8, part. 9, tom. 2, recent. Vel quod supposita alienationis evidenti utilitate Ecclesia, non fecus ac minores, contractui acquiescere obstringeretur.

Census super fundo Ecclesiæ nulliter sine solemnitatibus creatus per plures annos solutos + si postea declaretur nullus, declarationem hujusmodi non retrahit ad effectum revocandi census antea solutos contendit Auctor hic num. 8, & 9. Contrarium tamen verius præexistit, quia quoties titulus ad non titulum reducitur, census ex una cum forte restitui debent, non à die declarata reductionis, sed qui fuerunt percepti ab